Tunicarum altera *anterior* eſt, tot in partes diviſa quot annulorum interſtitia ſunt, quos illa connectit non adeò ſtrictè ſanè, ut aorta non elongari & contrahi plus minusve queat quàm convenit laryngi, pro äëre vocali.

Unde vicem tàm ligamentorum, faciendo omnium cartilaginum concinnam ζύμφυσιν, ac mutuum inter ſe coaltum: quàm muſculorum obeunt, ad eos vel ſtringendos vel dilatandos, eum planè in modum, qui & inter coſtas adparet.

Venas à iugularis externae prima difurcatione: *arterias* partim à carotide, partim verò à ſucclavia, plurimùm à ſiniſtris ramorum propaginibus, ut carotidũ ab oppoſito latere, ceu ſcaturigine obtinet: *nervos* ramis ſextae ſeptimaeque conjugationum addentibus: de quibus præclare doceri omnibus l. 6. d. uſ. part. 11. & 12. capp. à praeceptore Pergameno poteris. III.

CAPUT V.

NEque temeriter, duce & doctore Galeno libror. ſaepe dictorum ſeptimo, ad laryngis mirandam illam conſtructionem obſtupeſcimus; quam ex magnitudine, numero, ſitu, figuraque aeſtimatam paullò dilucidiùs pelluſtrabimus. Connexio.

Praeteritis autem omnium animalium ceterorum ſpeciebus, quibus annuli bronchici, ut teſtem omni exceptione majorem habemus Riolanum l. 3. c. 145 minùs hiulci & interſtincti ſunt, quarum διαπλάσεις infinities heic evariant; πλημμελέστατον tantum noſtri generis τέχασμα expendemus. neglecta etiam Natolici illius cameli hiſtoria, quem ex pabuli an aëris? in-